

A P H O R I S M I

Sublimantur rerum supernarum significata, quando per angulos aut per significatores fortes sunt fortificata . Si fortificans erit fortuua , siue infortuna redacta ad naturam fortunæ & contrarium iudica , si contra has dispositiones inuenieris. 48

Judicia nostra non tibi tamquam legem tradimus, sed ut sis memor in figuris & accidentijs corporum superiorum. Judicia nostra non te necessitant , sed futura demonstrant . Judicia nostra satis prosunt, si cum natura & arte ipsa amplecteris. 49

Nō credas precise, inuenire tales figuras, quas scripsimus, sed prope & similes his. Constitue te ergo inter has & illas medium uelut iudicem peritum à natura & arte . 50

Labora in addiscēdo alia uniuersaliora, poste acq; nostra considera , labora in cognitione multorum anthorum, deinde iudicia nostra iudica, labora, rimare quæ in alijs dicta sunt , in finem q; nostra non obliuiscaris. 51

¶ Pars secunda.

Post cognitionem anthorum in experimētis si studeas, te certificabis in natura rerū , sudare te oportet, si peritū in hac re te esse desideras. Tempus em̄ studiumq; simul & natura ad optimū unum inducit addiscētem. 52

Fortificabis tua significata , si de loco uili indignum te transferes . Nan non effectus nobilis figuræ agnoscet, si in locis in quibus exaltantur homines secundum legem eorum locorum manus, dum lex numerat subleuandos. Liber quidem hoc diuum cœlum est, tu quidem uero cum libris ingenium asuesce. 53

Credere noli figuras cœlestes totaliter effectus habere , nisi tu sapiens adiuuabis ipsas . Sapiēs adiuuare potest cœlestes formas , uelut prudens agricola terram per culturam agri, effectus tamen inest semp temperato iudicio . 54

Erit quidem agricola cum cœlestem formam optimam habet erit maior in rure suo, uelut ciuis , idem fermè inciuitate . Filius uero principis Dux, siue Rex suar; gentium, mutanturq; hæc ad altiorem